a ¶ Ac luxurioſa ꝯuerſatiõe. nã vitiũ ꝯ naturã volebãt exercere. ¶ b Eripuit. ꝑ angelos q̃ eũ cũ vxore ac filiabus ex ciuitatẽ duxerũt: vt habet' ibidẽ. ⁊ ſubdit cã: c ¶ Aſpectu em̃ ⁊ au. iuſtus erat.i.vita ⁊ fama ei⁹ iuſticia apparebat. ¶ d Habitans apud eos q̃ de die in diem.i.q̃ſi ꝯtinue: ¶ e Animam iuſtam. ipſius loth: f ¶ Iniq̃s opib⁹ cruciabãt. nã emẽdare nõ poterat: ⁊ ſic cũ dolore portabat. Concludit ḡ: ¶ g Nouit deos pios de tẽtatiõe.i. de morte h ¶ Eripe. q̃ñ expedit eis. vt pꝫ de loth ⁊ noe. i ¶ Iniquos vo in diem iudicij. ſcilicet extremi: k ¶ Reſeruare cruciandos. quia tunc cruciabuntur non ſolum in anima ſicut ante iudicium: ſed etiam in corpore. ⁊ ex dictis exẽplis concludendũ eſt ꝙ ſilr' hereticis de pẽa debita nõ pcet'. ¶ l Magis aũt eos. Hic ꝯñr oñdit huius pene grauitatẽ: de q̃ pmo ponit' duplex rõ. ſcd̃o pme rõnis declaratio. ibi: Hi vo. Pria adhuc in duas ſm duplicẽ rõnẽ. ſcd̃a ibi: Angeli. Prima vo rõ accipit' ex pte culpe penã merẽtis. ex q̃titate ei culpe accipit' q̃titas pene: Deut. xxv. Scd̃m mẽſurã pcti erit ⁊ plagaꝝ mod⁹ ſm aũt expoſitores btũs petr⁹ dic̃ h̃ hereticos graui⁹ puniẽdos q̃ demões ⁊ alios de q̃b⁹ poſuit exẽpla: ita ꝙ nõ ſolũ h̃ ẽ argumẽtũ a ſil'i ſꝫ etiã a maiori negatiue: cum d̃r: Si de⁹ ãgelis peccãtib⁹ nõ pepcit: ⁊ alijs de q̃bus ꝯñr ꝑſequit': multo min⁹ hereticis. ex h̃ ſequit' pctm̃ eoꝝ eſſe grauius. ⁊ h̃ ſatis pꝫ de pctõ mortuoꝝ in diluuio ⁊ ſubuerſione ſodome ⁊ gomorre. nã pctã ꝑpt' q̃ pncipaliter inducte fuerũt punitiões ille fuerũt carnalia: vt pꝫ ex p̃dictis. hereſis vo ẽ pctm̃ ĩfidelitatis qd̃ ẽ directe ꝯ deum: ⁊ ſic ſm ſuũ gen⁹ graui⁹ ẽ pctĩs carnalib⁹. Iteꝝ hereſis ẽ grauior ſpẽs ĩfidelitatis. nã graui⁹ ẽ fidẽ ſuſceptã corrũpe vel negare qd̃ faciũt heretici: q̃ nõ ſuſceptam qd̃ faciũt iudei ⁊ pagani: ſic̃ apud hoĩes peius ẽ ꝑmiſſum denegare q̃ nõ ꝑmiſſum nõ facere. ⁊ ſic ſequit' ꝙ pena hereticoꝝ ſit grauior: ⁊ maxĩe q̃ñ ſunt ĩuoluti cũ h̃ pctĩs carnalib⁹ q̃les deſcribunt' h̃ ꝑ btm̃ Petꝝ. vt pꝫ ex p̃cedẽtib⁹ ⁊ ſequẽtibus. De pctõ vo ⁊ pena demonũ magis ẽ dubiũ: verũtñ idem põt dici ꝑbabilit' de ipĩs ſaltẽ q̃tũ ad multos eoꝝ: qꝛ doctores catholici dicũt ꝯcordit' ꝙ hoĩes boni ꝑ merita ſũt aſſumẽdi ad ſingulos ordines ãgeloꝝ: ⁊ ſic ad eq̃lẽ gl'iaꝫ ⁊ eadẽ rõne videt' vt hoĩes mali ꝑ ſua demerita ſm plus vel min⁹ puniẽdi ſunt in ſil'ib⁹ gradib⁹ penalib⁹ demonũ. cũ igit' hereſis ſit peſſima ſpẽs ĩfidelitatis q̃ ẽ valde graue pctm̃: ſequit' ꝙ eoꝝ pena ſit grauior q̃ multoꝝ demonũ. ⁊ maxĩe q̃ñ ſunt hereſiarche ⁊ alijs vitijs irretiti q̃les deſcribunt' iſti vel ſaltem eoꝝ aliq̃. His dictis pꝫ pma rõ grauis punitiõis hereticoꝝ q̃ accipit' ex grauitate culpe eoꝝ cũ d̃r: Magis aũt eos.i. hereticos reſeruat de⁹ cruciãdos. ¶ m Qui poſt carnẽ. ei obediẽdo. ¶ n In ꝯcupiſcẽtia immũdicie.i. luxurie q̃ fedat totũ hoĩez. ⁊ maxĩe in pctõ ꝯ naturã qd̃ frequẽter in ſcriptura noiat' ĩmũdicia. o ¶ Ambulant. ſic viuẽdo. ¶ p Dñationẽq; ꝯtẽnunt.i. xp̃m q̃ nõ ſolũ d̃r dñs in ꝯcreto: ſꝫ ⁊ dñatio in abſtracto: ꝑpt' excellentiã dñij: qꝛ ẽ rex regũ ⁊ dñs dñantiũ: Apoc. xix. ¶ q Audaces. affirmãdo falſum ꝑ vero. ¶ r Sibi placẽtes.i. de ſeipĩs magnã ſapiam eſtimãtes: qd̃ eſt argumentũ inſipiẽtie. ¶ s Sectas. hereſum. ¶ t Nõ metuunt facere. eas adinueniendo ⁊ docendo. ¶ v Blaſphemantes. fidei veritatem. ⁊ per conſequens eius auctorem. ¶ x Ubi. Hic ponitur ſecunda ratio grauitatis pene hereticorum que accipitur ex parte ſubiecti penam ſuſtinentis. nam demones qui ſunt fortiores ad ſuſtinẽdum vix poſſunt ſuſtinere penam inferni. ⁊ multominus heretici qui ſunt debilioris virtutis. ⁊ ſic ex hac parte grauius affliguntur. ⁊ hoc eſt quod dicitur: Ubi.i.ĩ pena inferni. ¶ y Angeli.ſ.mali. ¶ z Fortitudine ⁊ virtute cum ſint maiores: qꝛ naturalia remãſerũt in eis integra: vt dicit Dionyſius. ¶ a Non portãt.i. vix ſuſtinẽt: ſicut em̃ ĩpoſſibile d̃r qd̃ eſt de difficili poſſibile. v. Metaphyſice. ita ĩportabile dicit' qd̃ cũ difficultate portat'. ¶ b Execrabile iudicium.i. penam: q̃ nõ dicit' execrabilis inq̃tuꝫ ẽ a deo: quia ſic eſt iuſta: ſed ex parte demonum qui execrant' eam tanq̃ iniuſtam. c ¶ Hi vo. Hic declarat pmã rõnẽ de grauitate pene hereticoꝝ ꝑpter grauitatem culpe ipoꝝ. ⁊ pmo ponit' hec declaratio. ſcd̃o intẽta ꝯcluſio. ibi: Si em̃. In iſta vo declaratione notant' de luxuria inſipientia ⁊ ſupbia. ⁊.ſ. in pncipio ca. de auaricia. ideo iſta quattuor declarat in quattuor ptibus que patebũt ꝑſequendo. Primo declarat eoꝝ inſipientiam dicens: Hi vo heretici.ſ. ſupple ſunt. ¶ d Uelut irrationabilia pecora. carentes intellectu veritatis. ¶ e Naturaliter in captionez ⁊ pniciem.i. ex impetu nature brutalis ad pabulum. ⁊ ſic incidunt in laqueum et capiuntur ⁊ necantur. ⁊ ſic ducuntur in perniciem. que dicitur a per ⁊ neco necas. f ¶ In his que ignorant blaſphemantes.i. ſic heretici blaſphemantes. In his que ignorant.i. articulis fidei ꝯ quos ex errore latrant. ¶ g In corruptione ſua.i. in ſenſu ſuo corrupto quo corrupti ſunt ⁊ alios corrumpũt. ¶ h Peribunt. pena gehẽne. ¶ i Percipiẽtes mercedẽ iniuſticie.i. penam debitam ſue malicie.

Volupta — Voluptatem

¶ a ¶ Voluptatē. Voluptas bōa vel mala: voluptas bona recte dies vocat̄ q̄ ſancti in dn̄o delectant̄. Voluptas mala nox: cū reprobi ad pficienda opa tenebrarꝝ ꝑuerſe delectant̄. Iniuſti ğ delitias coinq̄nationis ⁊ macule exiſtimāt voluptatē diei: qꝛ cū vacēt delitijs ipuriſſimis ⁊ execrādiſſimis: has optīas ⁊ q̄ſi luciſluas iudicāt. ¶ b Pellicientes. Pellices dicunt meretrices: a pollutiōe vel a pellis formoſitate: q̄ incautos illiciunt. Pelliciūt ğ aīas inſtabiles variorꝝ dogmatū erroneis ſectis: q̄ſi ꝯſtuprantiū luxibꝰ ſubdēdo. ¶ c Secuti viā balaā. Aliq̄n heretici tā execrāda dogmata ꝓferūt: vt etiam pagani ſtulti q̄ diuina cognitione carēt illorꝝ deteſtent̄ inſaniam: illorꝝ diſtorta ⁊ deo ꝯ̄ria itinera ſapiēdo ſanius redarguant: ⁊ qđ peius ē multi catholicorꝝ intantū amāt mercedē iniq̄tatis: vt etiam docti clerici ab īdoctis laicis merito lacerent̄. Qui cōpant̄ ꝓphete q̄ v̄bis aſine ꝯ̄ naturaꝫ loquētis corripit̄. (Nu. 22. d) Nec tn̄ a ꝓpoſito praui itineris retardāt̄ q̄ veniūt de boſor. Boſor carneus ſiue in tribulatōe dr̄: qꝛ nulla alia cā magis adulterāt v̄bū veritatis q̄ꝫ ꝓ ꝯcupiſcētia carnis. vn̄ ⁊ in tribulatione ſunt poſiti: non ꝙ ꝓ dn̄o patiant̄: ſ₃ aīos infirmorꝝ ſuis doctrinis ⁊ ꝑuerſis exemplis opprimūt ne reſpicere poſſint. Balaā vanus ppl's: vel p̄cipitās eos qđ illis ꝯuenit. Qui eīn agnitā veritatē ſpōte deſerūt: vanus ppl's ſunt: ⁊ in p̄cipitiū ſuos mittūt auditores: q̇bus nō ſalutaria q̄ corrigāt ſ₃ erronea q̄ delectēt p̄dicant. de q̇bus ſubdit̄: Hi ſunt fontes ſine aq̄. ꝓmittunt imbreꝫ doctrinarꝝ quē non hn̄t: velut nubes ꝓphetice ad q̄s ꝑueniat veritas dei: ⁊ turbinibꝰ demonū ⁊ vitiorꝝ agitant̄: loquūtur grādia ⁊ totus eorꝝ ſermo ſupbia ē. ¶ d Hi ſunt. Non ſunt imitandi pſeudo: qꝛ licet videant̄ vtiles: nihil tn̄ ī eis ē niſi vanitas ⁊ immundicia. e ¶ Supbia. Supbe dicētes ſe eſſe iuſtos q̄ꝫuis ſit vanū: carnalit̄ deſiderātes: ⁊ luxurioſe viuētes: pellicēt q̄ parꝝ effugiunt q̄ cū ſiles eis ſunt: tn̄ aliq̄tenꝰ declināt eorꝝ ſocietatē: ⁊ a pctis aliq̄tenus abſtinent. f ¶ In deſiderijs car. ⁊c̄. Immūdus ē oīs q̇ exaltat cor ſuū vt q̇ paululū refugerint a peccatis ad ſuū reuertant̄ errorē ⁊ ſtudēt in luxuria. ¶ g Si eīn in cogni. do. n. ⁊ ſal. ie. xp̄i Refugiētes coinq̄natiōes aīe ⁊ corpis quas mūdus immittit: rurſus implicati his ſicut ante baptiſmum ſuperantur ab illis coinquinationibus: apparet ꝙ facta ſunt poſteriora deteriora p̄oribꝰ: qꝛ magis offendūt deū q̄ꝫ an̄ baptiſmum ⁊ maiores penas patient̄: quia mendaces ſunt promiſſiones facte in baptiſmo.

a Voluptatē exiſtimātes diei deli- a b
(a ⁊ ſcd̄m malā exiſtimationem.)
tias coinq̄natōis ⁊ macl'e: delitijs c d e
(vt ibi vos decipiāt)
affluentes in cōuiuijs ſuis luxu- f
(a etiā in geſtu corpis ꝓfitent̄ neq̄tiā animi vel oculus. i. aīa q̄ dꝫ ꝓuidere. vel oculus mgr̄ eorꝝ cupit adulteria: vel cū vxoribus vel cū diabolo)
riantes vobiſcum: ocŭlos habē- g
(a vel īceſſabilibꝰ delictis)
tes plenos adulterij ⁊ inceſſabi- h
(a q̇bus nō facile ceſſat̄: qꝛ ſūt q̄ſi naturalia vt ſaturitas: ebrietas: ſomnolentia.)
b lis delicti pellicentes animas in- i k
(vel excecatū) (qꝛ q̄cq̄d agūt cā auaricie faciūt)
ſtabiles: cor exercitatū ī auaricia l
(a iā poſſeſſi a maledictiōe et̄na) (b ex rōne ei cognoſcebāt q̇d credere: ⁊ quō viuere deberent.)
habētes: maledictionis filij: dere- m n
(a ſtatu mentis)
linquentes rectā viā errauerunt o
(ad idē tendētes ad qđ ille tetendit q̇ veniebat maledicere populo iſrael cōtra voluntatē dei: ſed continget illis ſicut balaā contigit quē corripuit aſina de ſua veſania.)
c † ſecuti viaꝫ balaaꝫ ex boſor: qui p q
mercedē iniquitatis amauit: cor- r
reptionē v̄o habuit ſue veſanie.
(quia aſina.)
Subiugale mutū aīal in homis
voce loquēs ꝓhibuit ꝓphete in- s
(nō lauātes ſ₃ potiꝰ coinq̄nātes)
d ſipientiam. † Hi ſunt fontes ſine t
(obſcurātes inſtictu diaboli)
aq̄: ⁊ nebule turbinibus exagita- v x
(a pſeudo v'l heretici) (b obſcuritas pctōꝝ ſeruat̄ vt ſordeſcāt āplꝰ vel infernales pene)
te: q̇bus caligo tenebraruꝫ reſer- y z
e uat̄. Supbia eīn vanitatis loq̄n- a b
f tes pelliciūt in deſiderijs carnis c d
luxurie eos qui paululum effu- e
(a errāt ⁊ alios errare faciūt) (b v'l conuerſati) (c ī ſua ſecta ꝓmittūt eē libertatē comedēdi ⁊ bibēdi ⁊ dormiēdi ⁊ regnādi in eternū.)
giunt. Qui in errore conuerſa- f
ri libertatem illis promittentes. g
(.i. ſerui corrupti vel ſerui diaboli corrūpentis.)
(⁊ vere)
cuꝫ ipi ſerui ſint corruptionis. A- h i
(re ſunt ſerui: quia)
quo eīn q̇s ſupatus ē: huiꝰ et ſer- k
(vere ſūt ſerui acq̇ſiti: qꝛ cū priꝰ liberi eſſent mō cogūt̄ ſeruire grauius q̄ꝫ antea)
g uus eſt. † Si enim refugientes co- l
inquinationes mūdi in cognitio- m
ne domini noſtri ⁊ ſaluatoris ie-
ſu chriſti: his rurſus implicati ſu- n o
perant̄: facta ſunt eis poſteriora p
(vere deteriora) (minus malum)
deteriora prioribus. Melius eīn q

a ¶ Voluptatē. Hic ꝯn̄r declarat hereticorꝝ luxuriā dicēs: Voluptatē exiſtimātes diei delitias. Circa qđ ſciendū qđ voluptas idē eſt qđ delectatio q̄ pōt eſſe bona ⁊ mala. bona ſi ſit de opibus v̄tutū intellectualiū vel moraliū. mala aūt ſi ſit de actibꝰ venereis. voluptas igit̄ q̄ idē ē qđ delectatio pōt eſſe bona ⁊ honeſta: mala ⁊ turpis. licet aūt frequētiꝰ accipiat̄ ꝓ delectatiōe carnis q̄ turpis ē maxime in venereis. tn̄ h̄ accipit̄ ꝓ delectatione honeſta in opibus bonis: ideo dr̄ voluptas diei: qꝛ q̇ facit veritatē venit ad lucē Ioh̄. iij. Eſt igit̄ ſenſus ꝙ heretici luxurioſi delectatiōes carnis reputāt eſſe voluptatē diei. i. eas eſſe licitas et honeſtas. ⁊ ſic iūgat̄ lr̄a: Voluptatē diei. i. delectationē hōeſtā. ¶ b Exiſtimātes. ſupple eſſe c ¶ Delitias coinq̄natiōis. i. luxurie: vbi ē coinq̄natio ex duarꝝ ꝑſonarꝝ ꝯiunctiōe. ¶ d Et macule. i. gule. ideo ſubdit̄ ¶ e Delitijs affluentes in cōuiuijs ſuis. in q̇ notat̄ exceſſus in q̄litate ⁊ q̄ꝫtitate cibi ⁊ potus. ¶ f Luxuriantes vobiſcū. i. vos ad h̄ ꝑtrahētes. ¶ g Oculos hn̄tes plenos adulterij. i. ſignis adulterij. h ¶ Et inceſ. delicti. i. gule q̄ ſatiſſactionē repetit quottidie. ¶ i Pellicientes. i. decipientes k ¶ Aīas inſtabiles. i. q̄ nō ſūt ī fide firmate. l ¶ Cor exercitatū. Hic ꝯn̄r declarat eorꝝ auariciā dicēs: Cor exercitatū in auaricia hn̄tes: qꝛ frequēter cogitāt q̄lit̄ bona ſimpliciū ad ſe trahāt. ¶ m Maledictiōis filij. i. maledictiōe diuina digni: ſic̄ dr̄ mortis filius ille q̇ ē morte dignꝰ. ij. Reg. xij. ¶ n Derelinquētes viā rectā iuſticie. ¶ o Errauerunt. ꝑ deuium auaricie. p ¶ Secuti viā ba. ex boſor. q̇ cupiditate ductus iuit ad maledicēdū ppl'o iſr'l. Nu. xxij. qđ erat iniquum. ideo ſubditur: ¶ q Qui mercedem iniquitatis amauit. tan̄q̄ꝫ cupidus et auarus. ¶ r Correptionem v̄o habuit ſue veſanie: ſubiugale mutum animal. ſcilicet aſinā ſuam q̄ corripuit eū a via declinando ⁊ pedē eius parieti allidēdo: ⁊ etiā diuīa v̄tute loquēdo: vt habet̄ Nu. xxij. ¶ s Prohibuit ꝓphete īſipiētiā. oñdēdo ꝑ hec ſigna ꝙ ibat ad balach mēte ꝑuerſa ¶ t Hi ſunt. Hic declarat hereticorꝝ ſupbiā dicēs: Hi ſunt fontes ſine aq̄ nā ab eis nō emanat fons ſapīe. ¶ v Nebule ꝓpt̄ obſcuritatē erroris. ¶ x Turbinibꝰ exagitate. i. vētis tēpeſtuoſis ſupbie. ¶ y Quibus caligo tenebrarꝝ. īferni. ¶ z Reſeruat̄. vt pena rn̄deat culpe. ¶ a Supbia eīn vanitatis loquētes. erroneā doctrinā. ¶ b Pelliciūt. i. decipiūt. ¶ c In deſiderijs carnis. i. luxuria carnal'. ad diſtinctionē idolatrie q̄ eſt luxuria ſpūalis. ¶ d Eos q̇ paululū effugiunt. i. aliq̄ꝫtulū ſe ſubtrahūt a doctrina eccl'ie. tales eīn cito ab heretic̄ decipiunt̄ ¶ e Qui. ſcꝫ heretici ¶ f In errore ꝯuerſant̄. i. īdurati g ¶ Libertatē illis ꝓmittētes. dicēdo ꝙ licite poſſint vti delectabilibꝰ carnis vt ſic citius decipiāt laxantes ea ad que ſunt homīes ꝓni. h ¶ Cū ipi. ſ. heretici. ¶ i Serui ſint corruptiōis qđ ꝓbat ꝯn̄r dicēs: ¶ k A q̇ eīn q̇s ſupatꝰ eſt huiꝰ ⁊ ſeruꝰ ē. ipi v̄o ſupati ſūt a corruptiōe vitiorꝝ: vt pꝫ ꝑ p̄dicta. ğ ⁊c̄. ¶ l Si eīn. h̄ īfert cōcluſionē intētā. ſ. ꝙ heretici ſint alijs pctōribꝰ grauiꝰ puniendi: qꝛ recidiuū ad infidelitatē ⁊ alia vitia eorꝝ culpā aggrauat ꝑ ingr̄titudinē. ⁊ h̄ eſt qđ dr̄: Si eīn refugiētes coinq̄natiōes mūdi. i. vitia luxurie gule ⁊ auaricie ⁊ ſupbie. m ¶ In cog. dn̄i no. i. ꝑ receptionē fidei q̄ talia ꝓhibet. ¶ n His rurſus. iplicati ꝑ recidiuū. o ¶ Supantur. ꝑ conſuetudinem. ¶ p Facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. propter aggrauationem predictam. ideo ſubdit̄: q ¶ Melius enim erat illis nō cognoſcere viam iuſticie. quia per recidiuum ingratitudo diuini beneficij preaccepti aggrauat peccatum. Cetera patent.

† Nu. 22. d 2. q. 7. ſecuti.

P

Iude. d † De pe. di 2. c. ſi enim §. rurſus.

† De pe. di 4. c. ſi refugientes.

Additio. ¶ In caplo. ij. vbi dicitur in poſtilla. Sed rudentibus. i. funibus Super illud verbum: Rudentibus. Gloſa rudētes ſunt funes quibus naute vela ſuſpendunt.

Pro.26.b

a Cōtigit eni illis τc̄. In ꝓuerbijs cū expoſitio/ne poſitū ē: Sicut canis q̄ reuertiť ad vomitū ſuū ita ſtultus q̄ iterat ſtulticiā ſuā. Et poſt aplus ad dit de ſuo. τ ſus lota in v.l. Canis cū vomit ꝓfe/cto cibū q̄ pectus deꝑmebat ꝓijcit: ſed cū ad vo/mitu3 reuertiť vñ leuiat⁹ fuerat rurſus occupatur. Sic q̄ neq̄tiā q̄ mētis inti ma ꝑmebat ꝯfitendo ꝓij/cit: poſt ꝯfeſſionē dū repe tit reſumit. Sus dū in lu/to lauať ſordidior reddiť Sic q̄ pctm̄ plāgit nec tñ̄ deſerit: pene grauiori ſe ſb̄ ijcit: q̄ τ ip̄a3 quā flēdo i/petrare potuit veniā ꝯtē/pſit: τ q̄ſi ī lutoſa aqua ſe/metip̄m voluit: q̄r dū fleti bus ſuis vite mūdiciā ſb̄/trabit: añ dei oculos ſor/didas ip̄as etiam lachry/mas facit. Ca. III.

† 50.di.c. hi qui.2.et 15.q.ſi.c hi qui.33.q.2 c. de his. De pe.di.3 c. ſunt aūt et.c. irriſor

b Hanc ecce vo. Ia3 b aliā eplam ſcripſi: ad repellēdos pſeu do. Et vt meā magnā ſol/licitudinē vob̄ oñdā: ecce ꝓ eadē cā hāc etiā ſcđam ſcribo eplam. c Ut me mores. Ut p illas eplas ſitis mēores eoꝝ ꝟboꝝ q̄ ego ip̄e pñs p̄dixi vobis. ꝟboꝝ dico acceptoꝝ a ſā/ctis ꝓphis q̄ auctoritate ſctōꝝ ꝓphaꝝ ꝯfirmanť: et ſitis mēores p̄ceptoꝝ ſan/ctoꝝ aploꝝ3: ne p̄cepta q̄ ſancti apli dederūt vobis dimittatis ꝓ p̄dicatiōe il loꝝ pſeudo: τ q̄ p̄cepta ſūt etiā dñi τ ſaluatoris: q̄r ip̄e dñs q̄ venit ſaluare nos hec p̄cepta īſtituit τ ſua/re p̄cepit. d Illuſores. Illudētes fidei τ ſpei xp̄i anoꝝ: q̄ tp̄s reſurrectio/nis futuꝝ ſibi fruſtra pro/mittāt: nō iuxͣ catholicā fi dem: ſ ſm̄ ꝓprias ꝯcupi/ſcētias ambulātes nouis petis gaudētes τ dicētes: vbi ē ꝓmiſſio: h̄ volūt vo bis īducere: vt oēs ꝓmiſ/ſiones de xp̄o vanas cre/datis q̄ſi nō ſunt ipleta in xp̄o q̄ d̄ illo p̄dicta ſūt in ꝓphis. Aut vbi ē aduētus eius: q̄ſi qđ ſignū d̄ aduētu eius poteſtis oñdere: q̄ſi nullus aduētus eſt futurus. Iō nō credūt futuꝝ aduētum: q̄r ex q̄ p̄res nr̄i dormierť. i. a tp̄e reſurrectiōis q̄ñ p̄res feſ ſi eū expectādo reqeuerūt. vbi p̄mū cepit p̄dicari reſurrectio mortuoꝝ: oīa curſus τ ordo oīu3 crea turaꝝ ſic pſeuerat: ſic̄ mō: τ nihil mutatū eſt ad te ſtimōiū aduēt⁹ ei⁹: τ h̄ ab īitio creature. Sic̄ fuit ī p̄ncipio mūdi ſic adhuc ē: τ iō nō credūt vllū ad/uētū futuꝝ. e Ubi ē ꝓmiſ. Paul⁹ ſcribēs theſ/ſalonicēſib⁹ coercet eos q̄ diē dñi inſtare autuma/bāt. Petr⁹ rep̄hēdit illos q̄ aduētū τ ꝓmiſſa dñi tardare aſſeuerāt. Uñ ꝯſtat oīb⁹ q̄ diligūt aduen tū ei⁹ mētē in hac opiniōe tēperātius cohibēdā: vt neq̄ vicinū citiuſq̄ aduētuꝝ diē dñi: neq̄ rurſum tardi⁹ hūc aduētare ſuſpicemur. S3 h̄ ſolū ꝓcure mus vt ſiue oci⁹ ſiue ſero adueniēs: p̄atos nos poſ ſit īuenire dū venerit. f Latet eni. Iō dicūt oīa eodē mō pſeuerare: q̄r vel vere neſciūt: vel fingūt ſe neſcire: vt vos decipiāt duo dei iudicia. alteꝝ p aquā qđ p̄teriijt: alteꝝ p ignē qđ reſtat. h̄ dic̄ latet eos q̄ celi. i. iſte humid⁹ aer τ turbulent⁹ de q̄ d̄r:

Hiere.8.c

Miluus in celo cognouit tp̄s ſuū. erāt p̄us. i. inť

B̄ p̄ores creatu.

erat illis non cognoſcere viā iu/
a q̄r p̄ter mala q̄ ſicut prius agūt p̄uaricatores ꝓmiſſionis ſunt.
ſticie q̄3 pōſt agnitionē retrorſu3
cōuerti ab eo qđ illis traditū eſt
ꝓbat auctoritate ſub ſpē canis q̄ ſunt nequā ſerui.
a ſancto mandato. Contigit enim
illis cōuenit illud veꝝ ꝓuerbiū vel illa pš libri q̄ cōtinet illud ꝓuerbiū.
illud eis veri ꝓuerbij: † Canis re
uerſus ad ſuū vomitū: τ ſus lota
in volutabro luti. Ca. III

b Hanc ecce vobis chariſſi/ a
b mi ſecundam ſcribo epi/ b
eplis — vobis qb⁹ ſcribo eplam
ſtolam in quibus veſtram excito
vt vos cōmoneā: τ vos alios cōmoneatis.
in cōmonitionem ſinceram mē/
c tem: vt memores ſitis eorum c
que predixi verboꝝ a ſanctis pro d
phetis τ apoſtoloꝝ veſtroꝝ p̄ce/
ptorū domini τ ſaluatoris. † Hoc e
a tp̄e antixp̄i: cuius iā ſūt iſti p̄cones
primū ſciētes q̄ venient in nouiſ
d ſimis dieb⁹ ī deceptiōe illuſores f
iuxta ꝓprias cōcupiſcētias ābulā g
e tes dicētes: Ubi eſt ꝓmiſſio aut h
a ex pte ſtultoꝝ nō ē ꝓmiſſio aut aduēt⁹: q̄r ex q̄ antiq̄ p̄res mortui ſūt: nihil videm⁹ mutatū ī mū do: neq̄ aliqđ īmutabiť niſi ſicut mō eſt
aduentus eius? Ex quo eni pa/ i
tres dormierūt: omnia ſic pſeue/ k
hic apls ex ſua pte
f rāt ab initio creature. Latet eñ l
a nullū iudiciū eē futuꝝ b alia trāſlatio celi erāt oli de aq̄ τ p aquā cōſtituiſti c alteri⁹ modi
eos hoc volentes: q̄ celi erant m n

Hanc ecce vob̄ cha. Poſtq̄3 apls remouit errorē circa p̄mū Ca. III xp̄i aduētū ꝯtingētē: h̄ ꝯñr docet p̄cauere errorē futuꝝ circa ſcđm ei⁹ aduētū. Circa qđ ſic ꝓcedit: q̄r p̄mo fideles īducit ad tenendū ſuā doctrinā dicēs: Hāc ecce vob̄ chariſſimi ſcđa3 ſcribo epla3 in q̄b⁹. ſ. p̄/ma τ ſcđa. b Ura3 excito in cōmonitionē. i. p monitionē charitatiuā. c Ut mēores ſitis eoꝝ q̄ p̄dixi ꝟboꝝ ſctōꝝ vt ea retineatis in mēte τ iplcatis ope. τ ſubdit cui⁹ ſūt ꝟba dicēs: d Prophetis τ aploꝝ vr̄oꝝ p̄cep/toꝝ dñi τ ſaluatoris. i. q̄ ꝟba ſūt dñi p̄cepta. nos aūt ſumus eius miniſtri denunciando vobis ip̄a. e Hoc p̄mū. Hic ꝯñr inducit ad p̄cauēdū erro/rē qui error p̄mo poniť τ ei⁹ motiua rō. ſcđo rōis excluſio. ibi: Latet enī eos. tertio veritatis deťmi/natio. ibi: Adueniet āt. Circa p̄mū dicit: Hoc p̄/mū ſciētes q̄ veniēt in dieb⁹ nouiſſimis. potiſſime circa antixp̄i tp̄a. f In deceptiōe illuſores. i. il/luſores ꝟitatis hñtes ꝟba cōpoſita ad decipiēdū. g Iuxͣ ꝓprias ꝯcu. ambulātes. i. ſm̄ delectabi/lia mūdi τ carnis viuētes. h Dicētes τc̄. Cir ca qđ ſciendū q̄ circa futuꝝ iudiciū fuit vn⁹ error a tp̄e aploꝝ. ſ. q̄ illđ iudiciū erat valde ꝓpinquū. quē remouet paul⁹ apls. ij. Theſſal. ij. dicēs: Ro/gam⁹ āt vos frēs vt nō cito moueamī a vr̄o ſenſu neq̄ terreamī q̄ſi inſtet dies dñi. Ali⁹ āt error ē to/taliť ꝯtri⁹. ſ. illoꝝ q̄ negāt iudiciū futuꝝ. τ ē error illoꝝ qui dixerūt diuinā ꝓuidentiā nō ſe extēdere ad act⁹ hūanos. τ etiā illoꝝ qui negāt īmortalita/tē aīe hūane. ad vtrūq̄ eñ errorē ſequiť iudiciu3 nō eſſe futuꝝ. errores aūt iſti renouabunť τ inua leſcēt circa tp̄a antixp̄i. τ p ꝯñs ꝯcluſio ſequēs de generali iudicio nō futuro. rō ꝟo motiua ip̄oꝝ ē ꝓpť curſum nature. qui a tp̄ib⁹ de quib⁹ nō ē mēo ria ꝓceſſit p reuelationes dieꝝ τ annoꝝ: ita q̄ nō fuit mūdi notabilis mutatio: nec ſilr̄ erit vt dicūt. τ h̄ eſt qđ d̄r: Dicētes vbi ē ꝓmiſſio aduētus ei⁹. q. d. nō pōt oñdi p aliqđ apparēs q̄ ſit xp̄s ventu rus ad iudicandū. nec p ꝯñs q̄ ipleturus ſit illas ꝓmiſſiones q̄s xp̄iani dicūt in eis iplere. ſm̄ q̄ d̄r Luce. xxj. His aūt fieri incipiētibus reſpicite τ le uate capita veſtra q̄m̄ appropinquat redēptio ve/ſtra. τ ſubdiť dicti ꝯfirmatio. cū d̄r: i Ex quo eñ p̄res dormierūt. antiquiſſimi. k Oīa ſic p ſeuerant. in ſuo curſu. τ eadem ratione ſic pſeuera bunt ſine tali mutatione que d̄r in iudicio futura. l Latet eñ. Hic ꝯſequēter poniť rōnis excluſio. in hac eñ rōne duo implicanť. vnū eſt q̄ nō fuit d̄ p̄terito notabilis mutatio: ex quo cōcludiť q̄ nec erit de futuro. Aliud ē q̄ ꝓmiſſiones facte xp̄ia/nis nō ſunt implete nec implebunť. τ ex tali retar datione impletionis arguiť iudiciū nō eſſe futuꝝ. ꝓpter quod beatus Petrus p̄mo excludit p̄mū. ſcđo ſcđm. ibi: Unū ꝟo. Primū aūt excludit tāq̄3 falſum p diluuium quod notabiliter mutauit mū dū ſubmergēdo oē viuū. p̄ter illa q̄ ſaluata fuerūt in arca: Geñ. vij. Terra etiā fuit notabiliť īmutata. nā añ ꝓferebat fruct⁹ plures τ meliores. ꝓpť qđ eſus carniū τ piſciū ꝯceſſus eſt poſt diluuium: Geñ. ix. τ ꝓ debilitatiōe hūane nature. igiť p hāc mutationē p̄mo dictum alioꝝ excludiť. τ ſcđo ꝓpoſitū ꝯcludiť. ibi: Celi āt. Circa p̄mū ſciendū q̄ lr̄a dupliciť ē exponēda ſm̄ duas expoſitiōes de formatiōe reꝝ τ eaꝝ diſti ctione: q̄s diffuſe poſui in p̄ncipio Geñ. Una ē q̄ materia omniū corpaliū excepto celo empyreo ꝓducta fuit p̄mo ſub vna cōmuni forma. ꝓpter qđ vocať pluribus noīb⁹. ſ. terra Geñ. j. In p̄ncipio fecit de⁹ celū τ terrā. ſm̄ Bedā eñ τ Strabū τ alios ſequētes hūc expoſitionis modū. p celum in telligiť celū empyreū. quod ſtatim factū angelis eſt repletū. p terram ꝟo materia corpaliū. vocať etiā abyſſus τ aq̄. ibidē tenebre erāt ſup faciē abyſ ſi τ ſpūs dñi ferebať ſup aq̄s: ſicut volūtas artificis ſup materiā de qua vult aliqua diſtincte formare: ita q̄ de illa p̄ma die formata ē lux. ſecūda die celū ſtellatū τ cryſtallinū ſup ip̄m. tertia die quattuor elemēta. Sciendum etiā q̄ beatus Petrus nō loquiť hic de aliq̄ celo niſi de aereo eo q̄ fuit purgatū p diluuiū aſcendēs. xv. cubitos ſupra cacumina montiū. de qua purgatiōe loquiť hic beatus Petrus. igiť ſm̄ hūc modū ſic exponiť lr̄a. Latet eñ eos. i. illos qui dicūt mutationē notabilē mūdi nō eſſe factā in p̄terito. Hoc. ſ. quod ſequiť poſtea: m Uolētes. q. d. hec ignorātia eſt affectata. quia poterant ſcire p ſacrā ſcripturā que loquiť de diluuio d̄ quo ſubditur: n Q celi erant p̄us. i. q̄ ante diluuium erat celū aereū. quod diciť celi in plurali ꝓpter eius duas ptes. ſ. ſupiorē q̄ tranſcēdit ca/cumina montiū: que cum celo reuoluiť motu diurno: vt habeť. j. Methau roꝝ. τ inferiorem que nō ſic reuoluiť ꝓpter impedimentum montium.

Pro.26.b

1.Tio.4.a 2.Tio.3.a

Et terra.

p̄iores creaturas mundi. vel p̄us.i.ante diluuiū. Et ꝙ terra erat p̄us ꝯſiſtens de aq̄.i.ꝑ remotionē aq̄:q̄ oꝑante v̄bo dei ꝯgregata ē in vnū ⁊ ita apparuit ari da:⁊ ꝯſiſtēs ꝑ aquā:q₂ diuīa diſpoſitiōe venis aq̄ꝝ eſt tota plēa:ſic̄ corp⁹ aīaliū ſanguīe:ne ariditate de ficeret:ſi irrigatio aq̄ d̄ficeret ꝑ q̄ duo.i.in q̄b⁹ duab⁹ ꝑtib⁹ aere ⁊ t̄ra:q̄ tūc erat mūd⁹ al teri⁹ modi q̄ȝ iſte ꝑn̄t:inūdat⁹ aq̄ diluuij. Nā ſuꝑiores ꝑtes non attigit diluuiū. Celi.a.q̄. nō ſūt ⁊ terra eodeȝ v̄bo dei repoſiti in eā formaȝ quā mō h̄nt ſunt reſ̄uati igni in meli⁹ cōmutāda .ī diē iu.⁊ ꝑditiōis īpioꝝ hoīm. ¶a Per q̄ ille t. mū.aq̄ inū.p. Perijt t̄ra q₂ ſb̄ merſa tāto tp̄e fructificare de ſtitit:p⁹ea etiā diſſilēȝ pleriſqȝ in loc̄ ab ea quā p̄us acceꝑat faciē recepit:ꝑierūt ⁊ celi ſ̄m ſpēs h⁹ aerꝭ. Occupauit eī aq̄ totā iſtā capacitatē vbi aues volitāt. Sūt ⁊ celi ſuꝑiores:ſ; vtꝝ ⁊ ipi ꝑituri ſūt igni:an hi ſoli q̄ etiā in diluuio ꝑiēr̄t:di ſceptatio ē aliq̄n ſcrupuloſior int̄ doctos. ¶b Unum v̄o h̄. Probato ꝙ iudiciū vere erit: oñdit q̄ȝ efficax fuerit. Si d̄r vob̄ a pſeudo:q̄d vultꝭ pote ſtis facere:q₂ tātū tp̄us reſtat vſqȝ ad diē iudicij:ꝙ ex lōgin q̄tate tēꝑis iudex ſcire mlt̄a n̄ poſſit:nō credatꝭ eis:q₂ q̄cq̄d pōt fieri mille annis ita videt ſic̄ illð q̄d fit vna die. Si dicūt mille ānis penitēdo n̄ aſſeq̄mī veniā delictoꝝ nō credatꝭ:q₂ vn⁹ dies v̄e pnīe tātū valet q̄ȝ tū mille āni:ſic̄ latroni. Si dicūt n̄ opꝫ tādiu labo rare:vna die poteſtꝭ reſpirare n̄ credatꝭ:q₂ mille āni laborꝭ n̄ pl⁹ ſufficiūt ad vitā q̄ȝ vn⁹ dies. Et q̄n̄q̄deȝ futuꝝ ē iudiciū. ḡ nolite ſeduci ꝑ pſeudo:q̄ dicūt vo bis ꝙ ⁊ ſi ſit futuꝝ iudiciū: nō tñ vob̄ timēdū:q₂ cū ſint tot cogitatiōes ⁊ tot act⁹ hoīm:ſi ſigillatī debeāt diſcuti:nō ſufficiēt milia ānoꝝ:cū in vno ſolo die di cat̄ futuꝝ iudiciū: ⁊ ſic multa poterūt latere iudicē. Sȝ nō lateat vos iſtud:ꝙ tātū valet apud deū vn⁹ dies ad agēdū aliq̄d:q̄ȝtū mille āni hoīb⁹ ad ſolā rē faciēdā. ¶c Sic̄ mille āni. In agnitiōe diuīe v̄tu tis ⁊ p̄terita ⁊ p̄ñtia ⁊ futura eq̄lit̄ p̄ñtia ꝯſtāt:⁊ q̄ lō ga nob̄ vel breuia vident̄ tēpoꝝ curricula eq̄lis ſunt ſpacij apud ꝯditorē tēpoꝝ:q̄ oīa eq̄lit̄ ⁊ magna ⁊ ꝑ ua ꝯſpicit. Iō h̄ cōmēorat apl̄s:vt cōicat eos q̄ dice bāt:vbi ē ꝓmiſſio aut aduētus eius:oñdēs deū ne quaq̄ȝ oblitū ſue ꝓmiſſionis aut aduētus. Sed cuȝ ita vnūquēqȝ diē ſeculi noſtri eterna ſua mēoria con templet̄ vt ānoꝝ mille circūitus:⁊ ita mille ānos vt vni⁹ diei ſpaciū ſine labore circūſpiciat. Mānifeſte in telligēdū ē:ꝙ ipoꝝ q̄ȝ dieꝝ ⁊ ānoꝝ oīum finē certiſ ſime nouerit:⁊ abſqȝ vlla dubitatiōe h̄ q̄ȝ p̄nouerit: quando aduentus ipius claritas reuelanda:q̄n ꝓ miſſa ſanctis ſint reddēda p̄mia. vnde ⁊ recte ſubiū gitur: Non tardat ⁊c̄. ¶d Non tardat do. Et q₂ omnia videt poteſtis credere ꝙ dñs nō tardat pro miſſis implendis:q₂ nondū eſt tp̄s implēdi:ſ; tēꝑe q̄ p̄uidit implēda implebit. Sed iō differt:vt electorū ſummā quā p̄uidit p̄us adimpleat. vñ in apocalyp Apo.6.c ſi: Et dictū ē illis vt reqeſcerēt adhuc modicū tēpus donec compleantur cōſerui eoꝝ. ¶e Celi magno. Allego. Allego. Celi.i. ſancti ſi quid in eis purgandum eſt ꝑ ignem purgabuntur. ¶f Elementa. Quattuor: quibus mūdus ꝯſiſtit:ille maximus ignis abſumet. Nec cuncta in tm̄ abſumet:vt non ſint. Sed duo in totum conſumet:duo v̄o in meliorem reſtituet faciē. vnde in ſequētibus:nouos celos ⁊ nouā terrā:⁊ ꝓ miſſa ipius expectam⁹ ⁊c̄. Uel: Elemēta ſancti qui fuerūt alijs

p̄rius ⁊ terra de aqua ⁊ ꝑ aquaȝ a b c

a ſ duo.i.in quibus ꝑtibus aere ⁊ terra

a cōſiſtens dei v̄bo:ꝑ q̄ꝫ ille tunc d e

ſ pollut⁹ pctis hoīm ꝑ aquā purgatus eſt

mūdus aqua inundatus perijt. f g

ſ p⁹ diluuiū ⁊ coinq̄nāt̄ pctis reſeruati ſūt vt pur h

Celi autē qui nūc ſunt et terra eo i k

ḡet̄ ꝑ ignē cū ſuis mal'hītatorib⁹ in die iudicij

dem verbo repoſiti ſūt igni reſ̄r l m

uāti in diē iudicij:⁊ ꝑditionis im n o

b pioꝝ hominum. Unum v̄o hoc p

nō lateat vos chariſſimi:†q₂ vn⁹ q

c dies apud dñm ſicut mille āni:et

d mille anni ſicut dies vn⁹. Nō tar r

dat dñs ꝓmiſſioneȝ ſuā:ſicut q̄ s

daȝ exiſtimāt. Sȝ patient er agit t

a ſ vt vos in v̄tutib⁹ creſcatis b ſ ⁊ vt alij q̄ cō uertēdi ſunt conuertant̄

propter vōs:nōlens aliquos pe v x

ſ vel reſipiſcere

rire ſed oēs ad penitētiā reuerti.

ſ n̄ tardat ſȝ poti⁹ b ſ iprouiſ⁹ rapiēſ ad iudiciū

†Adueniet aūt dies dñi ſicūt fur y z

a ſ q̄ i diluuio trāſiēr̄t:q₂ tātū aſcēdet iudicij ignis q̄ȝtū aſcēdit aq̄ diluuij b ſ iuoluētis ignis.

c ſ in aliam formam.

e ī q̄uo celi magno ipētu trāſiēt: a b

f elementa vero calore ſoluentur: c

a ¶ Et terra.i.elemētū terre. ¶b De aq̄.i.de iformi materia q̄ noīat̄ aq̄ vt dictū ē.⁊ de illa facta ſunt elemēta vt dictū ē. ¶c Et ꝑ aquā ꝯſiſtēs. q₂ ꝑtib⁹ terre admiſcent̄ aq̄:vt terra hēat ꝯtinuatiōe ⁊ ꝯſiſtētiā.alit̄ eē̄ reſolueret̄ in pulueres. ¶d Dei v̄bo.ſupple facta ſūt iſta:vt pꝫ Gen̄.j. d ¶ Per q̄.ſ.tria elemēta p̄dicta aerē aquā ⁊ terrā. ¶e Ille t.mū.i.tp̄e noe. ¶f Aq̄.ſ.diluuij. ¶g Inūdatus.a ſordi bus factꝭ ī mūdo ſenſibili. ¶h Perijt.q₂ oīa viuētia fuerūt mortua exceptꝭ ſaluatis ī arca. Elemēta etiā fuerūt deteriorata. Q₂ aūt dilu uiū ꝓceſſit ex trib⁹ elemētis p̄dictꝭ pꝫ Gen̄.vij. vbi d̄r: Rupti ſunt oēs fonteſ abyſſi magne.i. oceani:q₂ cauernoſitates terre ītra q̄s ꝯtinet̄ mare:rupte fuerūt: ⁊ ſic aq̄ maris effuſe fuer̄t ſuꝑ terrā hītabilē:ex q̄ pꝫ ꝙ ꝑ aquā ⁊ terrā fa ctū ē diluuiū. Silr̄ ꝑ aerē.nā ibi ſubdit̄: Et fa cta ē pluuia ſuꝑ terrā.xl.dieb⁹ ⁊.xl.noctib⁹:⁊ ſic magna ꝑs aeris ꝯuerſa fuit in aquā. Alia v̄o expoſitio accipit̄ ſ̄m dictū hebreoꝝ ⁊ plu riū doctoꝝ catholicoꝝ q̄ dicūt a p̄ncipio crea tionis oīa corꝑalia q̄ȝtū ad p̄ncipales mūdi ꝑ tes.ſ. corꝑa celeſtia ⁊ q̄ttuor elemēta fuiſſe ſit̄ ꝓducta ſb̄ formis ſuis ſubſtātialib⁹ ab inuicē diſtīctis:⁊ formatio ſeu diſtīctio eoꝝ q̄ deſcri bit̄ in p̄ncipio Gen̄. Facta p̄ma die ſcd̄a tertia ⁊ q̄rta nō accipit̄ niſi ſ̄m ꝓprietates ⁊ q̄litateſ accidētales:ſic̄ d̄r aliq̄s hō fieri q̄n ꝑuenit ad etatē adultā: ⁊ h̄ ꝓpt̄ debitā q̄ȝtitatē ⁊ robur corꝑis ⁊ ſilr̄ia q̄ tūc attingit:⁊ tñ nō ſunt niſi ꝓ prietates accidētales:q₂ ſ̄m ſuā ſubſtātiā fa ctus ē hō a p̄ncipio vnionis aīe cū corꝑe: ⁊ ſic lux q̄ d̄r facta p̄ma die ē ipa claritas ſolis/que eſt eius q̄litas. Q₂ aūt dicit̄ ſol fieri tertia die hoc eſt ſ̄m motum eius ꝓpriū ab occidente in orientē. Celum v̄o quod dicit̄ factū ſecunda die.i.corpora celeſtia:hec factio accipitur ſ̄m ſoliditatem tunc eis datā ſ̄m hebreos. ſ̄m ali os v̄o eſt virtus influendi in inferiora q̄ tunc fuit eis data. ſimiliter formatio elementorum ſeu diſtinctio facta fuit tertia die ſ̄m ꝓprieta tes accidentales. nam ante diem tertiam ele mentum aque non habuit debitam denſitatē ſed vaporaliter eleuabat̄ ꝑ totum aeris ſpacium:⁊ ſic vnum elementum nō videbat̄ ab alio diſtī ctum. nec ſimiliter terra:quia erat aquis cooꝑta:ſed tūc aque fuit data debita dēſitas:⁊ ſic occupauit minorē locū:⁊ facte fuerūt ꝯcauitates in terra vbi recepta fuit vna ꝑs elemēti aq̄:⁊ ſic remāſit diſcooꝑta vna ꝑs terre aq̄s ꝓ hītatiōe hoīm ⁊ aīaliū:⁊ aer apparuit ī ſua trāſparētia:ſic̄ pleni⁹ dixi in p̄ncipio Gen̄.⁊ ſ̄m h̄ exponēda ē ſic lr̄a h̄.cū d̄r: Celi erāt p̄us.i.due ꝑtes aerꝭ ſuꝑior ⁊ īferior. Et terra.i.elemētū terre. De aq̄ for mata mō dicto:q₂ ꝑ dēſitatē aq̄ ⁊ receptionē eius ītra ꝯcauitates terre apparuerūt elemēta diſtīcta. cet̄a exponant̄ ſic̄ p̄us. ¶i Celi. Hic ex di ctis ꝯcludit ꝓpoſitū:arguēs a ſilī ꝙ ſic̄ mūd⁹ fuit īmutat⁹ ꝑ aquā tēꝑe noe:ſic adueniēte iudice īmutabit̄ ꝑ ignē ꝯflagratiōis:q̄ ſ̄m doctores catholicos tātū aſcēdet q̄ȝtū aq̄ diluuij aſcēder̄t:⁊ h̄ ē q̄d dic̄: Celi āt q̄ nūc ſūt.i.ſuꝑior ꝑs aerꝭ ⁊ īferior. ¶k Et t.i.elemētū terre:ꝑ q̄d etiā in telligit̄ elemētū aq̄ eo ꝙ nō ē totalit̄ ſeꝑatū a terra:ſ; ꝑtes aliq̄ aq̄ cōmi ſcent̄ ꝑtib⁹ terre ⁊ aliq̄ ītra ꝯcauitates ei⁹ ꝯtinent̄:vt dictū ē. ¶l Eodē ver.diuīo. ¶m Repoſiti ſūt.i. ꝯſ̄uati.q̄m ſi v̄t⁹ dei ꝯſ̄uās ab eis re traheret̄:ī nihilū redigerent̄. ¶n Igni re.ī d.iu.i.tūc ꝑ ignē purgādi. o ¶ Et ꝑ.im.ho.tūc eī corꝑe ⁊ aīa dānabunt̄. ¶p Unū v̄o.h̄ excludit ſcd̄m motiuū ð retardatiōe īpletionū diuīoꝝ ꝓmiſſoꝝ:q₂ nō ē retarda tio ex ꝑte dei:lȝ nob̄ videat̄.ꝓpt̄ q̄d d̄r: ¶q Quia vn⁹ di.a.dñm ſi.mil. an.apð nos.ſic āt loquit̄ Petr⁹ ſ̄m ꝙ d̄r pſ̄.lxxxix. Mille āni añ ocu los tuos tāq̄ȝ dies heſterna q̄ p̄terijt.ꝑ millenariū eī ītelligit̄ q̄ȝtacūqȝ reuolutio tēpoꝝ q̄ modica ē ⁊ nulli⁹ momēti cōꝑata diuīe et̄nitati.ꝓpt̄ q̄d rñdēdo eoꝝ argumēto ſubdit: ¶r Nō tar.d.ꝓ.i.in redditiōe ꝓmiſ ſoꝝ nō tardat vltra debitū. ¶s Sic̄ q̄.exi.erronee ꝓpt̄ h̄ negātes futuꝝ iudiciū:vt p̄dictū ē. ¶t Sȝ pa.agit.iudiciū differendo. ¶v Propt̄ vos.vt iuſti.ſ.ī merito ꝓficiāt:⁊ mali ꝑ pnīaȝ redeāt.iō ſeq̄t̄: ¶x No lēs ali.pe.q̄ȝtū ē ex ſe. ¶y Adueniet. Poſtq̄ȝ excluſit errorē circa iudi ciū futuꝝ:h̄ ꝯñr determiat v̄itatē.⁊ p̄mo ponit̄ h̄ determiatio. ſcd̄o ſubdit̄ vtil' monitio.ibi: Cū igit̄ h̄. tertio doctrine pauli approbatio.ibi: Sic̄ et chariſſim⁹. q̄rto ꝯcludit̄ ītēta ꝯcluſio.ibi: Uos igit̄. Circa p̄mū d̄r: Ad ueniet āt dies dñi.i.dies iudicij:q̄ d̄r dies dñi:q₂ tūc in oīb⁹ fiet volun tas ei⁹ in punitiōe maloꝝ ⁊ p̄miatiōe bonoꝝ:⁊ ſubdit̄ mod⁹ veniēdi cū d̄r: ¶z Sic̄ f.i.repēte ⁊ ex iprouiſo:ſic̄ d̄r Matth.xxiiij. De die aūt illa ⁊ hora nēo ſcit ⁊c̄. ¶a In q̄ celi.i.ſuꝑior ꝑs aeris ⁊ īferior. ¶b Ma gno im.trā.a ſtatu in q̄ nūc ſūt ꝑ ipetū ignis ꝯflagratiōis. ¶c Elemen ta v̄o ca.ſol.q.d.nō ſolū aer ſ; etiā elementa igne purgabunt̄.

Ezech.xx (next to “ꝓducta ſb̄ formis ſuis ſubſtātialib⁹ ab inuicē”)

i.c.e.5.a (next to “hoc eſt ſ̄m motum eius ꝓpriū ab occidente in”)

Apo.3.a (next to “orientē. Celum v̄o quod dicit̄ factū ſecunda”)

## Glo. ordi.

N fuerũt alijs materia bñ operandi: p tpale ſupplicium ſoluentur in melius. a Nouos celos. Nõ ait alios: ſ veteres et antiq̃s in meli⁹ cõmutãdos. vñ Dauid: Ipſi peribũt tu au. p. ꝛ oĩa ſic̃ veſti. vete. ꝛ ſic̃ op. mu. eos ꝛ mu. Que mutabũt. Cõſtat ꝓ certo: q2 ↄſumpti p ignẽ: mox abeũte igne gratiorẽ reſumẽt ſpeciẽ. de igne ꝛ aq̃ nihil tale habemus: q̃n potius habem⁹ i apocalypſi. Et mare iã nõ ẽ. habemus ꝛ in ꝓphetis: Lux lucerne non lucebit tibi amplius. b Et ꝓmiſſa ꝛc̃. Alleg. Nolite credere illis q̃ dicunt nihil eſſe ĩpletũ de oĩbus q̃ de natiuitate xp̃i ꝓmiſſa ſunt dicentes: vbi ſunt noui celi: ꝛ noua terra q̃ ꝓmiſſa ſũt. nouos celos credim⁹ illos ĩ q̃bus iuſticia inhitat. ꝛ nouã terrã: illos q̃ ferũt fructũ nouitatis: ꝛ hos dicim⁹ ꝓmiſſa dei. vł nos in quib⁹ iuſticia hitat: ꝛ veritatẽ ſcimus celos. i. ſctõs expectamus nouos futuros: ꝛ terrã nouã: q2 ꝓmiſit. c In q̃bus. Id ẽ quo tpe futuri ſeculi iuſticia habitat: q2 tũc cuiq3 fideliũ ꝓ mõ certamis corona reddet iuſticie: qđ in hac vita fieri nõ põt. d Et. Id ẽ: A dño. ille ſol⁹ pfecte mũd⁹ eſt: q̃ diuino iudicio mũdus ẽ. humana ſepe fallunt iudicia. e Satagite ĩmacu. ꝛ in. He ſunt vigilie de quib⁹ đr: Bti ſerui illi q̃s cum venerit dñs ĩuenerit vigilantes. Vigilat q̃ ſe a ſordibus ĩmunẽ cuſtodit. q̃ q̃tũ in ſe ẽ cũ oĩb⁹ hoĩb⁹ pacẽ h3: q̃ oĩs illecebras carnis ſpũs regimini ſubdit: in ſcip̃o pace feliciſſima vtẽs. f Frat noſter pau. Paulũ ilł ſcripſiſſe dic̃: In q̃ oñdit: q2 ꝙ paulus q̃buſdã ſpãliter ecclĩjs ſcripſit: oĩb⁹ eccleſijs q̃ ſunt p orbẽ generalit̃ ſcripſit. Petrus ſapĩam pauli laudat. Paulus de ſe dic̃: Ego ſum minimus apłoꝝ: qui nõ ſum d. v. a. q. p. ſ. e. Paulus ꝓ p̃ori ſe in fidelitate humiliat: ꝛ alioꝝ apłoꝝ innocentiã p̃fert. Ecce p̃m⁹ apłoꝝ oblitus ſui p̃mat⁹ ꝛ dataꝝ ſibi clauiũ datã paulo mirat̃ ſapĩa3: q2 mos eſt electoꝝ vt magis alioꝝ q̃3 ſuaſ mirent̃ ꝟtutes: ꝛ p has ſe ad ꝓfectũ excitẽt. g Difficilia. In epiſtolis pauli q̃ depꝛauant̃ ab hereticis dic̃: maxĩe illa q̃b⁹ de gr̃a dei loquit̃: q̃ iuſtificat ĩpios. i. ex impijs facit iuſtos. Dic̃ eñ: Vbi abũdauit pctm̃ ſupabũdauit gr̃a. nequis deſperaret de cõmiſſis pctĩſ. heretici ita interp̃tant̃ ꝙ ſuadeat plura facere pctã: vt potiora p h̃ recipiãt bona. Cõtra q̃s Petrus ſbiũgit: Vos igit̃ fra. p̃ſciẽtes: q2 ĩſipiẽtes mł̃tipharios ĩtroducent errores. Quidam iudicium futurum negantes: quidam diuĩa eloquia falſantes: quidam male interpretantes: quidam luxurie frena laxantes: et alia multa. h Depꝛauant. Nullus veteris vel noui teſtamenti liber. in quo heretici aliquid non peruerterint: vel demendo: vel addendo: vel mutando: vnicum remedium indoctis humili ſtabilitate verbis doctorum auditum prebere: quam ſtabilitatem: quia heretici non habent vento ſuperbie quaſi palea leuis de eccleſia tolluntur: vnde ad ſuam ipſorum perditionem.

Finit ep̃ła ſecunda Petri apoſtoli.

Marginal references: Pſ. 101. — Apo. 21. a — Ibi. 18. g — Allego. — D — Luc. 12. e — 1. Coꝛ. 15. b — Ro. 5. d

## Epiſtola

terra aũt ꝛ oĩa q̃ in ip̃a ſunt exu/ a
a ſ q̃nquidem in tãto iudicio, mali in peius: boni in melius ſunt mutandi
rentur. Cũm igitur hec omnia b
diſſoluenda ſint: quales oportet c
ſ in bonis
vos eſſe in ſanctis conuerſationi
ſ ad alios ſ p ſpem
bus ꝛ pietatibus expectantes ꝛ d e
ſ bñ agẽdo ſ vt tales ſitis ꝓpter q̃s ſaluandos dñs veniat ad iudiciũ ſ iudicij
properantes in aduentũ diei do f g
mini: p quem celi ardentes ſoluẽ h
tur: ꝛ elemẽta ignis ardore tabe/
ſ priora deficiẽt: ſed
a ſcent: † Nouos ꝟo celos ꝛ noua3 i
b c d terrã ꝛ ꝓmiſſa ip̃i⁹ expectam⁹: in k l
ſ q2 dies dñi venit
quib⁹ iuſticia hitat. Propter qđ m
e chariſſimi hec expectãtes: ſatagi n
a ſ a venialibus in corpe. b ſ a criminalibus in mẽte c ſ ab eo vel ad honorem eius venientis ꝛ pulſantis.
te immaculati ꝛ iuiolati ẽi inue/ o p
ſ pacificati remiſſis peccatis
niri in pace: et domini noſtri ieſu q
ſ ne putetł ꝙ tardet ꝓmiſſionẽ dñs: ſ3 itelligite ꝙ iõ lõganimit̃ expectat dñs vt plures ſaluent̃
xp̃i longanimitatem ſalutem ar/ r
f bitramini: ſicut ꝛ chariſſim⁹ fra/ s
ter noſter paulus ſecundum da/ t
tam ſibi ſapientiã ſcripſit vobis:
ſ ipſe paulus
ſicut ꝛ in omibus ep̃łis: loquens v
a ſ ep̃łis b ſ q̃ ego p̃dixi vobis vt hec faciatis q̃ docui. c ſ ep̃łis pauli.
in ẽis dẽ his in q̃bus ſunt que/ x y
ſ ſine lumĩe iuſticie
g dã difficilia intellectu: q̃ indocti z
ſ mẽte: q2 int̃ doctos dõcc erudiant̃ nõ pmanẽt.
h ꝛ inſtabiles depꝛauant: ſicut ꝛ ce a b
teras ſcripturas ad ſuam ipſorũ c d
perditionem. Vos igitur fratres e
ſ hec
p̃ſcientes cuſtodite: ne inſipiẽtiũ f g
errore traducti excidatis a pro/ h
ſ fidei ſ ſed potius
pria firmitate. Creſcite ꝟo in gra i
tia ꝛ cognitione domini noſtri ꝛ k
chriſti ieſu ſaluatoris. Ipſi glo/ l
a ſ inter q̃tidianas aduerſitates b ſ ꝛ maxime cũ diu deſideratus videbit̃
ria ꝛ nũnc ꝛ in diẽm eternitatis.
Amẽ. Finit ep̃ła ſcđa petri apłi.

## Nico. de lyra

a Terra aũt ꝛc̃. i. nõ ſolũ terra ſ etiã oĩa q̃ in ip̃a ſũt facta ꝛ đ ip̃a ꝓducta exurẽt̃. b Cũ igit̃ h̃. Hic ex dictł ſbdit̃ vtił monitio: q2 ſi tãta diſtrictio iudicis apparebit ĩ ſenſibilib⁹ elemẽtł: hoĩes meriti et demeriti boni ꝛ mali capaces: debẽt eẽ ſolliciti ꝙ ſint ĩ aduẽtu iudicis p̃pati. ꝛ h̃ eſt qđ đr: Cũ igit̃ hec oĩa elemẽta diſſoluẽda ſint: mõ dicto. c Quales optet vos eẽ in ſctis ↄuerſatiõib⁹. ad voſip̃os. d Et pietatibus. ad ꝓxĩos. q. d. optet vos eẽ multu3 in talib⁹ p̃patos. e Expectãtes. cũ ſecuritate. f Et ꝓperãtes. cũ hilaritate. g In aduentu diei. ſ. extremi iudicij: ſic̃ dic̃ ſaluator Luce. xxj. His aũt fieri incipientib⁹ reſpicite ꝛ leuate capita vr̃a. i. exhilarate corda: vt exponit Grego. homelia. j. Per quem. ſ. aduẽtum diei iudicij. h Celi ardẽtes. exponat̃ vt. ſ. i Nouos ꝟo celos ꝛc̃. nõ dic̃ alios ſ3 nouos. i. eoſdẽ ſubſtãtia in melius tñ ĩmutatos ꝛ ſic ĩnouatos. k Et ꝓmiſſa ip̃ius. Eſa. lxv. Ecce ego creo celos nouos ꝛ terram nouã. l In quibus iuſticia habitat. i. habitabit: ꝛ loquit̃ de futuro p modũ p̃teriti ꝓpt̃ certitudinẽ ꝓphetie: q2 tũc oĩa ad linea3 iuſticie reducent̃. ideo ↄcludit: m Propt̃ qđ chariſſimi hec expectãtes. ſc3 iuſtã retributionẽ ꝓ meritis vel demeritł. n Satagite ĩmaculati. a pctĩs carnalib⁹. o Et inuiolati. a ſpũalib⁹. p Inueniri in pace. ↄſcĩe. q Et dñi nr̃i lon. i. remuneratiõis veſtre ab ip̃o dilationem. r Salutẽ arbitrami. i. reputate ad augmentũ p̃mij vr̃i ꝛ meriti. s Sic̃ ꝛ cha. Hic ↄñr ponit̃ doctrine pauli approbatio cui pſeudo apłi detrahebãt dicẽtes ꝙ nõ erat apłs eo ꝙ nõ fuerat cũ xp̃o ſicut alij. ꝛ iõ dicebãt doctrinã ei⁹ nõ eſſe recipiẽdã vt apłicã. ſcđo dicebãt eã ↄtinere erronea puertẽtes ei⁹ intellectũ. ꝟbi gr̃a. Ex eo ꝙ dic̃ Ro. v. Vbi abũdauit delictũ ſupabũdauit ꝛ gr̃a: dicebãt eũ ĩducere hoĩes ad frequẽtationẽ pcti: vt ↄſeq̃rent̃ augmentũ gr̃e: qđ nõ ẽ veꝝ: ſ3 intẽdit ibi dicere ꝙ ſic̃ tpe legis moſaice pctm̃ abundabat eo ꝙ ip̃a oñdebat pctm̃: ſ3 nõ ſanabat. ſic p xp̃m ſub lege factum gr̃a abũdat. ideo đr Ioh. iiij. ꝙ ſalus ex iudeis ẽ. Igit̃ Petr⁹ apłs vtrũq3 remouet. vñ p̃mo oñdit paulũ eſſe veꝝ apłm noĩans ip̃m frẽ3 chariſſimũ dicẽs: Sic̃ ꝛ chariſſim⁹ ꝛc̃. ſcđo oñdit ei⁹ doctrinã eſſe ſctãm dicẽs: t Scđm datã ſibi ſapĩam a deo ſcripſit voƀ. nõ inſtinctu ꝓprio ſ diuino: oñdit etiã ip̃m eſſe ↄformẽ ſue doctrĩe dicẽs: v Sic̃ ꝛ in omnibus epiſtolis loquens in eis. ſ. epiſtolis. x De his. i. de eiſdem de quibus ſcripſi vobis. ſ. đ veritate fidei catholice ꝛ de p̃paratione ad futurum iudiciũ: ſicut p3 in epiſtolis Pauli in pluribus locis. y In quibus ſunt quedam difficilia ĩtellectu. maxime rudibus. ideo ſubditur: z Que indocti. in ſacris ſcripturis. a Et inſtabiles. in fide ꝛ moribus. b Depꝛauant. male interp̃tãdo. c Sicut ꝛ ceteras ſcripturas. ſ. euangelij ꝛ ꝓphetarum quas iudei ꝛ heretici corrũpunt. d Ad ſuã ip̃oꝝ damnationem. vt dictum eſt. ſ. ca. p̃cedenti. e Vos igitur. Hec eſt vltima pars in qua ↄcluditur intentum: Vos igitur fratres p̃ſcientes: iudicem eſſe venturum ꝛ fallacias hereticorum. f Cuſtodite. i. diligenter cauete. Quod ſequitur in aliquibus libris: Voſmetip̃os. non eſt de textu. g Ne inſipientium errore traducti. i. extra regulam fidei ducti. h Excidatis a ꝓpria firmitate. fidei ꝛ morum. i Creſcite ꝟo in gratia. merendo eius augmentum per opa bona. k Et in cognitione domini noſtri ieſu xp̃i. i. vt magis explicite cognoſcatis articulos fidei ꝛ beneficia ieſu chriſti. l Ipſi gloria ꝛ nunc ꝛ in diem eternitatis, id eſt ſine fine. Amen.

Marginal reference: Apo. 21. g

In capitulo.iij. vbi dicit in poſtilla. Circa primum ſciendum ꝙ littera hec dupliciter eſt exponenda.

**Additio.** Sicut dictū fuit in additione ſup Geñ.p̄mo ꝓpter varietates opinionum circa formationem rerum et earun diſtinctionem nō eſt varianda expoſitio lr̄alis ſacre ſcripture de ꝑductione rez q̄ in illo capl'o tradit: idē dicendū eſt de expoſitiōe ꝟboꝝ bt̄i Petri in h̄ loco cū dr̄: Latet ei eos ⁊c̄. qđ nō depēdet ex varietate opinionū p̄dictaꝝ: ſ ꝓp̄a expoſitio hui⁹ ſat' h̄r in Glo. vbi ſup illud ꝟbū: Latet ei eos h̄ volētes ꝙ erāt celi p̄us ⁊c̄. ſic dic̄: iō dicūt oīa pſeuerare eodē mōꝛ qꝛ vl' ꝟe neſciūt vl' fingūt ſe neſcireýt noſ decipiāt: duo dei indicia alteꝝ p ignē qđ reſtat h̄ dic̄: Latet eos ꝙ celi.i. iſte aer hūid⁹ ⁊ tp̄s đ q̄ dr̄: Dilu⁹ i celo cog̃uit tp̄s ſuū. Erāt p̄us.i. int̄ p̄ores creatas mūdi. Vl' p̄us.i. an diluuiū. Et ꝙ terra erat p̄us ꝯſiſtēs đ aq̄.i.p remotionē aq̄: q̄ opante ꝟbo dei ꝯgregata ē i vnū ⁊ ita appuit arida. Et ꝯſiſtēs p aquā: qꝛ diuia diſpoſitiōe venit aq̄ꝝ ē tota plēa: ſic̄ corp⁹ aīal' venaꝝ ſanguīe ne ariditate deficeret: ſi irrigatio deficeret aq̄ꝝ p q̄ duo i duab⁹ ptib⁹: aer ⁊ t̄ra q̄ tūc erāt i vndis alteri⁹ mōi q̄ȝ iſte. Perijt inūdata aq̄ diluuij. Nā ſuꝑiores ptes ñ attigit diluuiū. Celi āt q̄ nūc ſūt ⁊ t̄ra eodē ꝟbo dei repoſiti: in eā formā quā mō hñt. Sūt reſuati igni. in meli⁹ cōmutādi. In die iudicij. hec in Glo. q̄ ꝓp̄ia ē ⁊ ꝯſona lr̄e: nec indiget introductione variaꝝ opinionū: vt patet bene ꝯſideranti. Hiere.s.c

## Glo. ordi.

a Sup q̄ re cum p or. ad pa. ⁊c̄. De q̄ ſic loquit̄ Hieroñ. Papias iohis auditor hieropolitan⁹ ep̄us in aſia q̄nq; tm̄ ſcripſit volumina: q̄ p̄notauit explanationū ſermonū dñi. In q̄b⁹ cū ſe in p̄fatiōe aſſerat: nō varias opiniones ſeq̄: ſ aplos h̄re auctores. ait: Cōſiderabā q̄d Andreas: q̄d Petr⁹ dixiſſent: q̄d Philipp⁹: q̄d Thomas: q̄d Jacob⁹ q̄d Johes: q̄d Matthe⁹ Vl' q̄d ali⁹ q̄libet diſcipuloꝝ dñi: Quid etiā Ariſtiō ⁊ ſenior iohānes diſcipuli xp̄i loq̄bant̄: Non em̄ tātū mihi libri ad legendū ꝓſunt: q̄ȝtuz viua vox ⁊ vſq; hodie in ſuis auctorib⁹ pſonās. Ex q̄ apparet in ip̄o cathalago nominuȝ: aliū eſſe iohez q̄ int̄ aplos ponit̄: Aliū eſſe ſeniorē iohem quē poſt Ariſtionē enūerat. Hoc aūt diximus ꝓpter p̄orē opinionē: quā a pleriſq; retulimus traditā in duas poſteriores epl'as Johis: non apoſtoli eſſe: ſed p̄ſbyteri.

In p̄ncipio epl'e ad cōmēdationē ſermonis diuinitatē ⁊ hūanitatē xp̄i deſignat: in q̄ charitatē dei ad hoīes ⁊ ſuā ad illos q̄bus ſcribit: īſinuat. Scripſerat Johes euāgeliū aduerſus dogmata hereticoꝝ: q̄ de ꝟbi et̄nitate male ſentiebāt ⁊ male p̄dicabāt: ſcribit etiam epl'am aduerſus eorundē hereticoꝝ ſtulticiā: in q̄ de fidei ⁊ charitatis pfectione agit: vt intelligamus q̄d credere: q̄d diligere debemus. Multi enim prauis dogmatib⁹ inducti: de ſinceritate fidei et charitatis nō bñ intelligebāt: dicebant em̄ opa eſſe charitatis crebro ꝯuiuari: luxuriari: conſentire vitijs alienis: ꝯdicentes cōicare paſſionib⁹ xp̄i: ⁊ ceteris q̄ īplent̄ p charitatē dei ⁊ pximi.

Incipit epl'a p̄ma beati Johānis apoſtoli. Capl'm I

b Quod fuit ab initio. In ꝟbo eſſe deitatis qđ audiuimus p legē ⁊ ꝓphas: qđ vidimus ſenſibilit̄ hominē venientē: qđ pſpeximus: diuinitatē aduertētes in homine et man⁹ ꝯtrectauerūt: de ꝟbo vite. nō fortuitu ꝯſentiētes ei q̄ in carne viſus: ſȝ cū multa ꝯtrectatione pſcrutātes ſcripturas phibentes teſtimoniū de ip̄o ꝟbo. Qđ vidit aliq̄s nūciare pōt alijs: qđ pfecte cōſpexerit: aliq̄ñ nō pōt explicare ꝟbis. b Ab initio. Fuit ab initio dei filius. ſed eundem in carne viderunt et audierunt diſcipuli.

Et manus

## Ex libro de viris illuſtribus p̄fatio ſancti Hieronymi in epiſtolas canonicas Johannis.

Johānes apl's quē ieſus dilexit plurimū filius ȝebedei: frater Jacobi apl'i: quē herodes poſt paſſionem dñi decollauerat: nouiſſimus oīum ſcripſit euāgeliū: rogatus ab aſię ep̄is aduerſus cherinthū aliosq; hereticos. Et maxime tūc Ebionitaꝝ dogma cōſurgēs: q̄ aſſerūt xp̄m ante mariā nō fuiſſe. Vñ etiā cōpulſus ē diuinā eius natiuitatē edicere. Sȝ ⁊ aliā cauſam huius ſcripturę ferūt. Qđ cum legiſſet Matthei Marci ⁊ Luce volumina: ꝓbauerit q̄dem textū hiſtorię: ⁊ vera eos dixiſſe firmauerit: ſȝ vnius tm̄ anni in q̄ paſſus ē poſt carcerē iohānis hiſtoriā texuiſſe. Pręter miſſo itaq; āno cui⁹ acta a trib⁹ expoſita fuerāt: ſuꝑioris tp̄is anteq̄ȝ iohes clauderet̄ in carcerē geſta narrauit: ſicut manifeſtū eſſe pōt his q̄ q̄ttuor euāgelioꝝ volumina legerint: q̄ res diaphoniam q̄ videbat̄ iohannis eſſe cū cęteris tulit. Scripſit autē vnā epl'am: cui⁹ exordiū hoc ē: Qđ fuit ab initio qđ audiuim⁹ ⁊ vidimus oculis nr̄is: qđ pſpexim⁹ ⁊ man⁹ nr̄ę tractauerūt de ꝟbo vitę: q̄ ab vniuerſis eccl'iaſticis ⁊ eruditiſſimis viris cōprobat̄. Reliq̄ aūt duę q̄ꝝ p̄ncipiū eſt: Senior electe dñe ⁊ natis ei⁹ ⁊ ſequens Senior Caio chariſſimo: quē ego in veritate diligo ⁊c̄. Johis p̄ſbyteri aſſerunt̄ cui⁹ ⁊ hodie alteꝝ ſepulchꝝ apud epheſum oſtēdit̄: ⁊ nōnulli putāt duas mēorias eiuſdē iohis euan

a geliſtę eē. Sup q̄ re cū p ordinē ad papiā auditorē ei⁹ ventū fuerit diſſerem⁹. Quartodecimo igit̄ āno ſcđaȝ poſt neronē pſecutionē mouēte domiciano: in Pathmos inſulā relegat⁹ ſcripſit apocalypſim. Quā interp̄tant̄ Juſtin⁹ martyr ⁊ hyrene⁹. Interfecto aūt domiciano: ⁊ act' ei⁹ ob nimiā crudelitatem a ſenatu reſciſſis: ſub nerua p̄ncipe redijt epheſum: ibiq; vſq; ad Traianū p̄ncipē pſeuerās: totas aſię fundauit ⁊ rexit eccleſias. Confectuſq; ſenio: ſexageſimooctauo anno poſt paſſionē dñi mortu⁹: ⁊ iuxta eandē vrbē ſepultus eſt.

## Argumentū in p̄mā canonicā beati Johannis.

Rationē verbi ⁊ ꝙ de⁹ ip̄e ſit charitas manifeſtat: ⁊ ſuſurrones fratꝝ nec deū ſcire: nec pios fieri poſſe eouſq; diſſertat: vt eſſe cōprobet homicidas: eo ꝙ odiū ſit interfectionis occaſio.

## Incipit epl'a p̄ma beati Johannis apl'i.

ſ in p̄ncipio erat ꝟbū ⁊ ver. erat ⁊c̄.
ſ .i. ab initiali. i. a patre

b Quod fuit ab initio Capitulum I a

## Ni. de ly.

Incipit epl'a p̄ma bt̄i Johis apl'i. Ca. I

a Quod fuit ab initio. Hic icipit tertia ps p̄ncipal' hui⁹ libri in q̄ ponūt̄ epl'e bt̄i Johis apl'i et euāgeliſte. ⁊ qꝛ ſm ordinē doctrine cōia debēt ſpālia p̄cedere. iō ponit̄ p̄mo epl'a ad īformandū homines gñalit̄. ſcđo ad informādū aliq̄s pſonas ſpālit̄ in principio epl'e ſcđe. P̄ns in duas ptes diuidit̄. ſ. in ꝓhemiū ⁊ tractatū q̄ icipit ibi: Et hec ānūciatio. In ꝓlogo tria fac̄: quia p̄mo reddit auditores attētos. ſecundo dociles ſiue doctoſ ibi: Et vita. tertio beniuoloſ. ibi: Qđ vidimus. Circa p̄mū ſciendum ꝙ difficultas materie reddere dȝ auditores attentos. nam ad capiēdū talia req̄rit̄ maior attentio. Int̄ illa ꝟbo q̄ ſpectant ad doctrinā catholicā maxīa difficl'tas ē circa emanationē filij a p̄re in diuinis. de q̄ tractat. j̈. v. ca. dicēs: Tres ſunt qui teſtioniuȝ dāt in celo: pr̄ ꝟbū ⁊ ſpūſſanctus. ſilr̄ maxima difficl'tas ē circa īcarnationez pſone filij a



aſſu.

A